in monasterio vivunt, iniuria componatur secundum genealogiam suam, ut reverentia sit deo et ecclesiae, et pax eis qui illi deserviunt.

[30] DE[w] INF … ITU RA … VEL ATR…[w]

ITEM. Si quis superbus reverentiam deo non exibens[x] servum suum vel quem persecutus fuerit de ecclesia vel de porticu eius per vim extraxerit, componat ad ipsam ęcclesiam sol. D et pro fredo ad fiscum sol. CC. Ipse vero publica penitentia iuxta iuditium episcopi multetur.

Ben. Lev. 1, 337, S. 66, 65 ff. mit Änderungen: Si quis homo contumax vel superbus timorem dei vel reverentiam ecclesiarum non habuerit, et fugientem servum suum vel quemlibet persecutus fuerit, vel de ecclesia vel de porticu eius per vim abstraxerit, et deo honorem non dederit, componat ad ipsam ecclesiam pro neglecto suo solidos quingentos, et pro fredo ad fiscum solidos ducentos. Ipse vero publica poenitentia iuxta iudicium episcopi multetur, ut sit honor dei et reverentia sanctorum, et ut ecclesia dei semper invicta permaneat.

[31] QUOD[w] C... ACCU…DUS AD[w].

ITEM. Nemo audeat clericum aut monachum vel sanctimonialem ad civile iuditium accusare, sed ad episcopum.

Ben. Lev. 1, 378, S. 68, 18–20, erster Satz: nach sanctimonialem *ist* feminam *eingefügt.*

[32] QUOMODO[w] EDIFI… ECLESIA[w].

ITEM. Nemo ecclesiam edificet, antequam civitatis episcopus veniat et ibidem crucem figat publice, et ante praefiniat, qui edificare vult, quid ad luminaria[y] et stipendia custodum sufficiat. Et facta donatione sic domum ędificet. ||*75r 4283*||

Ben. Lev. 1, 382, S. 68, 51–55; nach luminaria *fehlt* et ad custodiam.

[33] DE[z] A…. SATO[z].

ITEM. Placuit, ut si quis aliquem clericorum in accusationem[a'] fornicationis impecierit[b'], secundum preceptum apostoli[c'] Pauli[c'] legitima testimonia requirantur ab illo. Quodsi non potuerit datis testimoniis approbare, quod[d'] dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat. ||*79v 4375*||

Ben. Lev. 1, 394, S 69, 55–4, fast ohne Änderungen, Wortumstellung Pauli apostoli ...

w–w) *Rubrik am Rand nicht vollständig lesbar 4375; fehlt 4283.* x) exhibens *4375.* y) *korr. aus* liminaria *4375.* z–z) *Rubrik am Rand nicht vollständig lesbar 4375; fehlt 4283.* a') accusatione *4375.* b') impetieri[.]t *4375.* c') Pauli apostoli *4375.* d') quid *? 4283.*